

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta** : 5263

**Auteur(s)** : Célestin III [pape]

**Bénéficiaire(s)** : Robert, La Hoguette, Saint-André-en-Gouffern (abbaye, abbé)

**Genre d'acte** : bulle

**Authenticité** : non suspect

**Datation** : 1195, 23 décembre

**Lieu d'émission** : Latran

**Action juridique** : confirmation

**Langue du texte** : latin

## Analyse

Le pape Célestin [III] prend l'abbaye Saint-André-en-Gouffern sous sa protection et confirme les biens de l'abbaye.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Ramackers Johannes, *Papsturkunden in Frankreich*, Neue Folge 2 Normandie, Göttingen, Vandenhoeck & Ruprecht (Abhandlungen der Gesellschaft der Wissenschaften zu Göttingen. Philologisch-historische Klasse, 21), 1937, 2 vol., n° 326, p. 409-410.

Texte établi d'après a

CELESTINVS episcopus seruus seruorum Dei. Dilectis filiis Rob. abbati et conuentui sancti Andree de Goufer salutem et apostolicam benedictionem. Sacrosancta Romana etc. Eapropter, dilecti in domino filii, uestris iustis postulationibus annuentes personas uestras cum omnibus, que in presentiarum iuste et pacifice possidetis aut in futurum iustis modis prestante domino poteritis adipisci, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus. Spetialiter autem ius aduocationis ecclesie sancti Remigii de Montegarol cum duabus partibus decime ad eandem ecclesiam pertinentis, duas partes totius decime de Molins et de Bella Aqua, ius aduocationis medietatis ecclesie beate Marie de Ree cum medietate totius decime feodi Roberti de Ree et feodi de Chaucees, ius aduocationis medietatis ecclesie sancti Petri de Petrafita, dominium decime Roberti de Ree in predicto territorio de Petrafita, ius aduocationis ecclesie sancte Marie de Fresneio cum duabus partibus decime ad eandem ecclesiam pertinentis, duas garbas decime de Aues de feodo Radulfi Louel, duas garbas decime de feodo de Gretemaisnil in territorio de Beaumes, totam decimam foreste de Goufer de omnibus terris, que culte sunt uel fuerint et de nemore ad culturam redacte sunt uel fuerint, postquam Iohannes filius Willelmi comitis suscepto crucis signaculo transfretauit, ex dono Roberti filii eius, duas garbas decime de feodo Roberti de Feugeroles in territorio de Veilleio, in territorio de Eueskeuill(a) duas partes decime de feodo Willelmi de Estokes, ius aduocationis ecclesie de Manso Willelmi et capellam sancti Albini in territorio de Noui existentem, sicut ea iuste et pacifice possidetis et in litteris Sagiensis episcopi diocesani uestri continentur, deuotioni uestre auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti patrocino communimus. Statuentes, ut nulli etc. Si quis autem etc. Dat. Lateran. X kal. ianuarii, pontificatus nostri anno quinto.